



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Improfanabile Numen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Ad verbum à Plin. li. 13. ca. 11.

quia locus in quo consisteret, sanctus esset; hoc est, ut indicia mortalitatis, quæ in pelliceis calcibus designantur, abjiceret. Quantum vero ad papyracea Aegyptiorum calcamenta pertinet, nominatim nihil aliud inde quaesitum autumant, quam puritatis argumentum, Nam eadem de causa papyra nostra indumenta ex lino Sacerdotibus imperavit, in quibus omnium fere gentium & nationum consensus fuit: & eo vestis genere Apollonius Tyaneus semper usus est, quoniam illa vestis purior & syncerior videtur, quam vestes ex lanarum aut vellerum pollutione contextæ. Papyrus autem non tantum calcibus conficiendis comoda, verum & ad multa utensilia vasorum aptissima; quoniam ad navigia texenda, velaq; & tegetes, nec non vestem stragulam, ad funes è libro conficiendos: & nulla denique herba sit, quæ tot & tam varijs modis humano consulat usui, & majores pluresque afferat utilitates.

DE FABAE. CAP. V.

Hæc & sequentia ex parvum. Ch. 1. cen. A faba abstinento.

Faba Aegyptiis instar venerandi numinis fuit, tantæ religionis, ut eam neq; sererent, neq; comederent, quin etiam aspicere vererentur, quod Theon Grammaticus apud Plutarchum in Symposiaco positi facit enarrat, & alii pleriq; tradidere.

IMPROFANABILE NUMEN. CAP. VI.

Per eam velo coopertam improfanabile numen intelligi volebant: quamvis Herodotus vulgè opinionem secutus, id ea de causa factitari solitum dicat, quod impurum adeo legumen id existimarent, ut non tactu gustuve tantum, verum etiam visu profanum haberetur.

FUNUS LUCTUSVE. CAP. VII.

Pythagora opinio. D. Laertius in Pythagora.

Nam & apud Romanos fama inter funesta recensebatur, neq; Divi fas erat eam tangere, neque quidem nominare, putabantq; omnino ad mortuos pertinere: nam & lemarallibus jaciebant larvis, & parentalibus adhibebatur sacrificiis: in flore enim ejus luctus quædam inesse licet videtur, ut Festus Pompejus attestatur: & quod ad parentalia pertinet, fabacium epulum in fune, alibus ad nostra usq; tempora perseverat. Sane Varro ea de causa Flamincm ait ea non velci, quod in ejus flore licet illæ luctus indices inveniantur. Aliorum fuit opinio, mortuorum animas in fabis habitare: inde Pythagoras cum percussores fugeret, & in arvum fabis constitum incidisset, qua curus edabatur exitus, si se in eam segetem immisisset, ab inimicis potius trucidari, quam fabas animarum conceptacula conculare maluit.

NEQUITIÆ FRÆNUM. CAP. VIII.

Sunt qui fabam eam velo coopertam nihil aliud sibi velle disputent quam amovendas à manibus oculisq; nostris omnes nequitie causas, ut castiorem agamus vitam: eosq; spectare Pythagoricum præceptum, ut à fabulo abstinemus, quam sententiam Empedocles ita pronunciat:

Δειλοί πῦρ δειλοί κούφοι ἀπὸ φαίης ἰδιόθεν. Ad miseri à fabulo miseri seducti & dextras.

Faba pro infirmitate. D. Laertius de hoc nihil.

Cyamom vero, ut inquit Gellius, multi Fabam intelligi voluerunt, peritiores tamen pro testiculis accipiunt, quos ita aperte ac symbolicè Pythagoras appellavit: quia scilicet fabæ mollitudine sua, & ingenita quadam tumoris efficacia, humanæ genituræ vios suggerant, atque insuper facilitatæ sint corruptionis, & deniq; testiculis ipsis forma quam simillima. Idcirco Empedoclem versu illo non à fabulo edendo, sed à rei Venereæ proluvio voluisse homines avertere, quibus velati animi cigæculis liberati, possimus ingenio expeditiorem navare operam.

NEGOTIA PUBLICA DECLINANDA. CAP. IX.

Hinc Aristoteles pro his negotiis valere.

Sed enim Plutarchus commentario de Liberis instituendis, Aristotelem secutus, abstinendum esse hoc monet à tractandis Reumpub. muneribus, quod in creandis magistratibus fabæ calculorū vice usui essent: quem morem plerq; adhuc civitates obtinent. Romani calculis usi videntur, utiq; ab his